Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

UNIV ENT

Digitized by Google

Hist. 2678

Digitized by Google

Hist 2678

PETRI BURMANNI
ANTIQUITATUM
ROMANARUM
BREVIS
DESCRIPTIO

PASSIM EMENDAVIT AC SUPPLEVIT

ET

NOTULAS SUBJECIT

FRIDERICUS VOLGANGUS REIZIUS.

LIPSIAE

APUD GUILIELMUM GOTLOB SOMMER

CIↃIↃCCXCII.

Digitized by Google

BIBL. UNIV. GAND.

Digitized by Google

BREVIS
ANTIQUITATUM
ROMANARUM
DESCRIPTIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Caput I.

DE URBE ROMA.

Roma condita fuit a Romulo et Remo Olympiadis VII. anno primo, et a parvis initiis progressu temporis ad summum potentiae fastigium adscendit; quod praecipue debuit bene constituto ordini, legibusque et institutis egregiis, quibus supra omnes urbes caput extulerat.

Tria sunt autem potissima quasi fundamenta, quibus unius cujusque civitatis et salus et felicitas innititur, quibus

Digitized by Google

recte jactis florebit, nec ullam, vel ſeram certe, ruinam metuet; nempe 1) ut religio caſte ac ſancte ab omnibus colatur; 2) ut jus civile aequaliter inter omnes adminiſtretur; et denique 3) ut diſciplina militaris ſevere et recte inſtituatur. His tribus rebus omne robur et dignitas reipublicae continetur. Quid in ſingulis praeſtiterint Romani, ordine videbimus.

Caput II.

De Romanorum Religione.

Dei, quos Romani coluerunt, innumeri fuere, et fere omnes, quos ſuperſtitio veterum mortalium conſecravit. Olim quidem cautum fuerat, ne peregrina ſacra adſciſcerentur, ſed paullatim Graecae,

Digitized by Google

cae, Phrygiae, Aegyptiacae et aliarum gentium cerimoniae adſcitae fuere.

Cultus deorum praecipue conſtabat excitatione aedium ſacrarum, quae dicebantur templa, fana, delubra, vel ſacella: in his deorum imagines adorabantur, ſupplicationes inſtituebantur ad pulvinaria, quae ſternebantur; denique, quae maxima religionis pars, ſacrificia varia offerebantur.

Sacris qui praeerant, varii erant, ſed prudentiſſimo inſtituto, non diverſi ordinis a ceteris civibus, ne unquam religionis cauſa turbae moverentur. Hinc praecipui ſacerdotum ex iis fere qui ſummos in civitate honores geſſerant. Sacerdotes vero erant vel in collegia deſcripti, vel ſingulares, utrique vel pluribus vel alicui deo operantes.

Digitized by Google

Collegia erant corum, qui nulli deo praeter caeteros ſacra faciebant, ut

I. Pontificum, quorum princeps pontifex maximus ſuffragiis populi creabatur [a]);

II. augurum, quibus augur maximus praeerat,

III. haruſpicum vel extiſpicum [b]),

IV. duumvirûm, decemvirûm [c]), et denique quindecimvirûm ſacris faciundis [d]),

V. Virginum Veſtalium, quibus virgo maxima praeerat [e]);

VI. fra-

a) Suet. Caeſ. 13.

b) Cic. N. D. 2.

c) Dion. Hal. IV. 62.

d) Liv. X. 8. Sibyllinos ſacerdotes memorat Cic de Har. reſp. de N. D. III. 2. de Div. I. 43. II. 54.

e) Liv. VIII. 15.

Digitized by Google

VI. fratrum arvalium,

VII. curionum,

VIII. epulonum ſeptemvirorum [f]),

IX. fecialium, quorum primus pater patratus,

X. Sodalium Titiorum vel Titienſium [g]).

Qui deo cuidam ſoli dicati erant, fuerunt:

I. Rex ſacrorum [h]),

II. Flamines, qui olim tres, Dialis, Martialis, Quirinalis, poſtea ad plures excreverunt [i]),

III. Sa-

f) Triumviri epulones primum facti Liv. XXXIII. 42.

g) Tac. A. I. 54. pr. H. II. 95. A. XIII. 2.

h) Liv. XXVII. 36. Suet. Cal. 35. Ovid. F. III. 27.

i) Sylburg. ad Dionyſ. II. 64. Lipſ. ad Tacit. A. IV. 16. Vulcanalis memoratur a Macrobio p. 74.

Digitized by Google

III. Salii, qui Martis ſacra curabant, eorum primus praeſul,

IV. Luperci, qui Pani faciebant,

V. Pontitii et pinarii [k]), qui Herculi ſacrificabant,

VI. Galli, qui Matris Dei cerimoniis praefecti erant, quibus praeerat archigallus [l]),

VII. Bonae Deae ſacerdotes, feminae [m]),

VIII. Bellonarii,

IX. Cereris ſacerdos Graeca.

X. Flam. Sacerdos et Sodal. Aug. [n])

His ſacerdotibus aderant varii miniſtri; ut

I. aedi-

k) Liv. I. 7. IX. 29.

l) Cic. pro Sextio c. 56. pro Balb. c. 55. Lucan. I. 600.

m) Cic. de Har. reſp. 17. Macr. I. 22.

n) Tac. A. I. 64.

Digitized by Google

I. aeditui,
II. Camilli et Camillae,
III. Tibicines, tubicines, qui et ludii dicti,
IV. popae et victimarii,
V. praeficae,
VI. designatores.

Ad ipsa sacra erant destinata supellex sacra, et vasa quaedam, quae pro variis sacris varia appellatione insigniebantur. Praecipua erant acerra, turibulum, praefericulum, guttus, simpulum, vel simpuvium, patera, secespita, aspergillum, capis, capedo, capeduncula, urnula fictilis, aquiminarium, discus, anclabris, ollae extares, lanx, tripodes.

CAPVT

Digitized by Google

Caput III.

DE RITIBUS SACRIFICIORUM.

Sacrificiorum ritus tam varii et multiplices fuere, ut omnes recenſere nimium eſſet: praecipuos tantum congeremus. Ac primo eos, qui omnibus ſacrificiis communes, deinde quosdam, qui non omnibus ſacris erant uſitati, enumerabimus.

Communes ritus ante ſacrificium vel eos, qui ſacrificabant, vel hoſtias, quae mactarentur, ſpectabant:

I. ut ſacrificaturi caſte deos adirent, et Venere abſtinerent [a]);

II. ut

a) Suet. Tib. I. 1. 11.

Digitized by Google

II. ut ante se lavarent, et puris manibus, et pura veste venirent;

III. ut essent passo capillo, solutis vestibus, et pede nudo;

IV. ut preces et vota fierent ante sacrificium.

Hostiae quae adducebantur,

I. debebant esse electae et probatae,

II. ornatae et coronatae,

III. gregales, et opimae, non ferae.

In ipso sacrificio observabantur:

I. indictio silentii, et profanorum ablegatio;

II. inspersio molae salsae, quae immolatio dicta;

III. libatio, quae erat vel vini, mulsi, mellis, lactis, vel similium;

IV. ignis

Digitized by Google

IV. ignis in altari accenſio, ex lignis aridis et ſectis;

V. adductio hoſtiae ad aras;

VI. percuſſio victimae, quae certis ceremoniis peragebatur.

VII. ſanguinis exceptio;

VIII. excoriatio et diſſectio occiſi animalis, cujus membra quaedam igni injecta, quaedam ad epulas diſtributa, de quibus XII;

IX. extorum inſpectio et porrectio;

X. altera libatio;

XI. dimiſſio populi a ſacris;

XII. epularum ſacrificalium celebratio.

Maxima autem differentia rituum erat inter ea ſacrificia, quae diis ſuperis, et ea quae inferis fiebant.

I. Su-

Digitized by Google

I. Superis albae hoſtiae, inferis nigrae mactabantur.

II. Hoſtiarum ſuperis caeſarum cervices retro flectebantur, ut coelum adſpicerent; inferis percutiebantur pronae et terram adſpicientes.

III. Superis ferrum imponebatur, inferis ſupponebatur.

IV. Superis ſacrificantes abluebantur; inferis tantum adſpergebantur.

V. Libatio ſuperis fiebat fundendo; inferis, vergendo vel invergendo.

VI. Preces ad ſuperos fiebant manibus in coelum ſublatis, ad inferos, terram pede percutiendo.

Diver-

Digitized by Google

Diverſus quoque a ſacris erat ritus luſtrationum [b]), quae inſtituebantur, vel urbis vel agri, vel hominum purgandorum, vel a ſcelere, vel a calamitate quadam, cauſſa.

Urbis luſtratio fiebat, ſi vel peſtilentia, vel aliqua inſignis calamitas eam inceſtaſſet, vel grande ſcelus accidiſſet, vel prodigia facta eſſent.

Agrorum fiebat circuitione agri pro frugibus, quae luſtratio fiebat ambarvali ſacrificio.

Hominis, ſi vel caedem feciſſet, vel aliquo ſcelere ſe contaminaſſet, fiebat expiatione.

CAPVT

b) Tac. A. XIII. 24. Duker. ad Liv. XXXV. 9. Salmaſ. ad Vop. Aurel. 19.

Digitized by Google

Caput IV.

de tempore.

Curae pontificum pars erat etiam recta ordinatio temporis, quod a ſacerdotibus in varias partes dividebatur: nam ratio dierum ad religionem pertinebat [a]).

Summa temporis diviſio erat in annum, menſes et dies.

Romulus annum decem menſium, dierum CCCIV fecerat; Numa adjectis duobus menſibus ad dies CCCLIV produxit; Caeſar demum fecit dierum CCCLXV$\frac{1}{6}$. Menſes erant duodecim, qui a Januario initium capiebant. Divideban-

a) conf. Cic. de L. II. 8.

Digitized by Google

debantur autem in Kalendas, Nonas et Idus [b]).

Dies vel erat naturalis, vel civilis.

Naturalis ab ortu ſolis ad occaſum, aeſtate longior, hieme contractior, et XII horis finiebatur.

Civilis erat XXIV horarum, initium capiens a media nocte, et in mediam noctem alteram deſinens, cujus pars nox erat. Partes diei erant variae, jubar diluculum, mane, ad meridiem, meridies, de meridie, vel tempus occiduum, occaſus ſolis, ſive ſuprema tempeſtas, veſper, crepuſculum, prima fax, concubium, nox intempeſta, ad mediam noctem,

b) Macr. Sat. I, 12. 13. 14. 15.

Digitized by Google

ctem, media nox, de media nocte, gallicinium, et conticinium [c]).

Dies etiam dividebantur in festos et profestos [d]).

Festi, qui deorum cultui dicati, ferias etiam complectebantur.

Profesti, qui vacabant a divinis cerimoniis.

Porro dividebantur in fastos et nefastos.

Fasti erant, quibus jus dicebatur; nefasti, quibus jurisdictio cessabat.

Intercisi erant, qui parte aliqua erant fasti, aliqua nefasti.

Praeterea erant comitiales, quibus licebat comitia habere, proeliares,

c) Varro de L. L. Censorin. 24.

d) Macr. I. 16.

Digitized by Google

debantur autem in Kalendas, Nonas et Idus [b]).

Dies vel erat naturalis, vel civilis.

Naturalis ab ortu ſolis ad occaſum, aeſtate longior, hieme contractior, et XII horis finiebatur.

Civilis erat XXIV horarum, initium capiens a media nocte, et in mediam noctem alteram deſinens, cujus pars nox erat. Partes diei erant variae, jubar diluculum, mane, ad meridiem, meridies, de meridie, vel tempus occiduum, occaſus ſolis, ſive ſuprema tempeſtas, veſper, crepuſculum, prima fax, concubium, nox intempeſta, ad mediam noctem,

b) Macr. Sat. I, 12. 13. 14. 15.

Digitized by Google

ctem, media nox, de media nocte, gallicinium, et conticinium [c]).

Dies etiam dividebantur in festos et profestos [d]).

Festi, qui deorum cultui dicati, ferias etiam complectebantur.

Profesti, qui vacabant a divinis cerimoniis.

Porro dividebantur in fastos et nefastos.

Fasti erant, quibus jus dicebatur; nefasti, quibus jurisdictio cessabat.

Intercisi erant, qui parte aliqua erant fasti, aliqua nefasti.

Praeterea erant comitiales, quibus licebat comitia habere, proeliares,

c) Varro de L. L. Censorin. 24.

d) Macr. I. 16.

Digitized by Google

res, quibus fas erat cum hoſte confligere, nundinales, quibus nundinae celebrabantur, atri et Allienſes, quibus ob calamitatem aliquam publice acceptam nihil agere licebat, iidem religioſi [e]).

Caput V.

De ludis.

Ad religionem pertinebant etiam ludi publici, qui in honorem deorum edebantur.

Ludi fere erant triplices, Circenſes, ſcenici, et munera.

Circenſes [a]) a Circo, in quo editi, dicti, fiebant agitatione equorum et quadrigarum.

Sce-

e) Gell. IV. 9.

a) Dionyſ. VII. 73. Liv. I.

Digitized by Google

Scenici, qui et theatrales, a theatro, in quo exhibebantur, ab histrionibus agebantur [b]), et erant
tragoedia,
comoedia,
mimus et pantomimus,
atellana [c]).

Munera, vel ludi amphitheatrales, in amphitheatro spectabantur, et erant
gladiatorii ludi [d]),
venationes in Circo, et naumachiae.

Omnes autem ludi erant vel stati, (vel votivi,) vel extraordinarii.

Stati erant, qui certo tempore fiebant in honorem cujusdam dei, quorum praecipui erant

I. Mega-

b) Tac. A. 14. 20.
c) Liv. VII. 2.
d) Cic. de officiis II. 16.

Digitized by Google

I. Megalenſes, qui in honorem deae Matris Magnae pridie Nonas Apriles fiebant [e]);

II. Cereales, qui in honorem Cereris a pridie Idus Apriles per dies octo [f]);

III. Florales, in honorem Florae IV Kal. Majas per ſex dies;

IV. Martiales, in honorem Martis IV. Idus Majas;

V. Apollinares, in honorem Apollinis, primum incerti, poſtea ſtati, et acti III. Nonas Quintiles per decem dies [g]);

VI. Capitolini in honorem Jovis pro ſervato Capitolio a Gallis [h]);

VII. Romani ſive magni, in honorem

e) Cic. Har. reſp. Liv. XXIX. 14. XXXVI. 36.

f) Ovid. F. IV. 391.

g) Liv. XXV. 12. XXVII. 23.

h) Liv. V. 50. et 52. Suet. Dom. 4.

Digitized by Google

norem Jovis, Junonis et Minervae a pridie Nonas Septemb. ad pridie Idus;

VIII. Plebei in circo, a. d. XVII. Kal. Dec. per triduum;

IX. Consuales Conso vel Neptuno sacri, in memoriam raptarum Sabinarum XII. Kal. Septembris [i]);

X. compitalitii VI. Non. Maji fiebant Deae Maniae, et Laribus [k]);

XI. piscatorii VII. Id. Junii trans Tiberim pro piscatoribus Tiberinis [l]);

XII. seculares, qui post centum annos fiebant [m]).

i) Liv. I. 9. Dionys. II. 30.

k) Victoriae ludi memorantur a Cic. Verr. I. 10.

l) Fuerunt etiam ludi natalitii Palatini, et in dedicationibus aedium sacrarum.

m) Lips. ad Tac. A. XI. 11. Zosim. II. pr. Suet. Aug. 31. Claud. 21. Dom. 4. Censorin. 17.

Digitized by Google

Votivi erant, qui a magiſtratibus vovebantur [n]) ob felicem eventum belli. His accenſeri poſſent quinquennales [o]), decennales, vicennales ab Imperatoribus poſtea inſtituti.

Extraordinarii erant, ut funebres, qui in honorem defuncti viri praeclari edebantur [p]); juvenales, quos edebant juvenes barbam deponentes; denique, quos magiſtratus in auſpiciis honorum dare ſolebant, et ſacerdotales. Praeter ludos ſacros erant et ludi exercitationis gratia frequentati, ut pyrricha, Troja, et ludi gymnici, curſus, ſaltus, diſcus, jaculi conjectio, lucta, pugillatus, armorum exercitatio etc.

n) Liv. IV. 27. XXII. 9. 10.

o) Suet. Aug. 18. 59.

p) Suet. Calig. Lipſ. ad Tac. A. 14, 20.

PARS

Digitized by Google

PARS II.

Digitized by Google

Digitized by Google

Caput I.

DE CIVILIBUS REBUS.

Cives vocabantur, qui Romae habebant tribum et jus capiendi honores. Diſtinguebantur vero inter ſe cives, gente ſive familia, natalibus, cenſu, ordine et dignitate.

I. Ordo civium erat triplex.

I. ſenatorius ordo [a]),
II. equeſtris,
III. plebejus [b]).

E pri-

a) Liv. X. 8.
b) Abuſive ordo ſcribarum appellatus.

Digitized by Google

E primo ordine cives in patricios ſunt aſciti, medius gaudebat jure annuli; ultimi, neque ſenatores, neque equites, ſed vel urbani vel ruſtici erant.

II. Dignitate diſtinguebantur in magiſtratus et privatos.

Magiſtratus erant vel ordinarii, vel extraordinarii, urbani vel provinciales, ordinarii vel majores, et curules, vel minores et non curules.

Majores creabantur auſpiciis majoribus, centuriatis comitiis, et gaudebant jure ſellae curulis.

Minores creabantur minoribus auſpiciis [c]), tributis comitiis, et in ſubſelliis ſedebant.

Majo-

c) Gell. XIII. 14.

Digitized by Google

Majores ordinarii erant

I. consules,
II. praetores,
III. censores [d]).
IV. aediles Curules [e]).

Minores ordinarii,

I. aediles plebis,
II. aediles Cereales,
III. quaestores,
IV. tribuni plebis,
V. triumviri capitales,
VI. triumviri nocturni [f]),
VII. triumviri monetales,
VIII. curatores viarum etc.

Extraordinarii erant, qui non omni tempore reipublicae magistratum gesserunt,

d) Liv. IV. 8. Cic. pro Cluent. 43. Dionys. IV. 15.
e) Cic. Verr. V. 14.
f) Liv. IX. 46. §. 3.

Digitized by Google

runt, ſed, ita re cogente, extra ordinem creabantur. Tales erant:

I. dictatores,
II. magiſtri equitum,
III. praefecti urbis,
IV. interreges,
V. decemviri conſulari poteſtate,
VI. tribuni militum conſulari poteſtate,
VII. triumviri reipublicae conſtituendae g),
VIII. praefecti annonae,
IX. triumviri coloniae deducendae.

Provinciales erant, qui mittebantur ad provincias regendas, ut

I. pro-

g) Liv. IX. 46. Facti ſunt etiam triumviri ſenatui legendo, aedibus ſacris reficiendis, alii Liv. XXV. 5.

Digitized by Google

I. proconſules,
II. propraetores,
III. legati,
IV. quaeſtores provinciales.

Magiſtratibus ad imperia exſequenda aderant, et apparebant varii miniſtri, ut

I. ſcribae,
II. apparitores,
III. accenſi [h]),
IV. lictores,
V. praecones,
VI. viatores,
VII. ſervi publici,
VIII. carnifex.

Ut

h) Accenſi dicti ſunt, qui conſules et praetores ſequebantur in caſtra, ab acciendo: accenſebantur, id eſt, attribuebantur decurionibus et centurionibus.

Digitized by Google

Ut autem major esset splendor et dignitas [i]), insignibus quibusdam a privatis distincti incedebant, ut

I. toga praetexta,
II. fascibus,
III. securibus,

III. Natalibus cives Romani erant vel ingenui, vel libertini, vel servi, vel libertinorum filii.

Ingenui, qui ex justo civium Romanorum matrimonio erant procreati.

Matrimonium justum erat tantum inter cives, qui illud contrahere non prohibebantur aut per conditionem, aut per gentem, aut per sanguinem.

I. Na-

i) Majores magistratus habebant jus imaginum, inde discrimen inter nobiles, novos et ignobiles.

Digitized by Google

I. Nationis ratio habebatur, ne quis Romanus duceret peregrinam, et vice verſa;

II. conditionis, ne ingenuus libertinam;

III. gentis, ne patricius plebejam;

IV. ſanguinis, ne intra gradus prohibitos contraherentur nuptiae.

Nuptiarum autem ſolemnitas triplici ritu celebrabatur,

I. confarreatione,

II. coemtione,

III. uſu.

Solvebatur matrimonium per divortium, ut ſponſalia per repudium. Liberi ex juſto matrimonio creati erant in manu et poteſtate patria, unde exibant per emancipationem.

Qui

Digitized by Google

Qui liberis deſtituebantur poterant adoptare.

Adoptio erat duplex,

adoptio propria eorum qui adhuc patriae poteſtati ſubiecti erant;

arrogatio eorum qui erant ſui juris.

Libertini erant, qui e ſervitute manumiſſi erant [k]).

Manumiſſionis juſtae tres erant ſpecies;

vel enim fiebat cenſu, vel vindicta, vel teſtamento.

Manumiſſionis minus juſtae erant tres praecipui modi,

I. per epiſtolam,
II. inter amicos,
III. per menſam.

Liber-

k) Suet. Cl. 24.

Digitized by Google

Libertas, quam per manumiſſionem conſequebantur, erat vel plena, vel minus plena;

plena, ſi civitatem optimo jure conſequebantur;

minus plena, ſi modo jus Latii adipiſcebantur.

Cenſu dividebantur cives, in claſſes et centurias [1]).

Claſſes erant VI, centuriae CXCII.

I. Claſſis comprehendebat duodecentum centurias, LXXX peditum, quadragenas juniorum, qui foris bella gererent, XL ſeniorum, qui ad urbis cuſtodiam praeſto eſſent, et XVIII equitum. Equites in ſuffragiis ferendis primi omnium vocabantur. Hi cenſebantur

1) Dionyſ. IV. 16. Liv. I. 43.

Digitized by Google

ſebantur centum millibus aeris [m]) et ſupra.

II. Claſſis erat XXII centuriarum, denae ſeniorum, X juniorum, et II fabrûm [n]), hi profitebantur ſe poſſidere ſeptuaginta quinque millia aeris.

III. XX centuriarum, X ſeniorum, et X juniorum, qui habebant L millia aeris.

IV. XXII centuriarum, X ſeniorum et X juniorum, et II tibicinum [o]). Hi poſſidebant XXV millia aeris.

V. Erat

m) Id eſt bis mille florenis ſeu MCCCXXXIII. ⅓ thaleris monetae Germanicae.

n) Livius fabros primae claſſi adjicit, qui mererent, ſine armis, et machinas ferrent.

o) Livius tibicines, cornicines et accenſos in tres centurias diſtributos, et in V claſſis XXX centuriis fuiſſe ait.

Digitized by Google

V. Erat XXX centuriarum, X ſeniorum, XV juniorum, cenſebantur XII millibus et quingentis aeris p).

VI. Erat unius centuriae, in quam aerarii, proletarii et capite cenſi adſcribebantur, qui minorem cenſum habebant, immunes militiae. Quinque priorum claſſium erant capaces omnium honorum, et militare in legionibus poterant, ex ſexta remiges capiebantur.

Caput II.

De comitiis.

Comitia erant publici conventus populi Romani a). Fuerunt triplicia,

curia-

p) XI millibus aeris cenſos dicit Livius.

a) Cic. pro Sext. 59. Gell. XV. 27.

Digitized by Google

curiata,
tributa,
centuriata.

Curiata a Romulo inſtituta, qui populum diviſerat in XXX curias, denas ſenatorum, X equitum, X peditum.

Haec inſtituebantur [b]) vel ad leges de imperio ferendas, vel ad Sacerdotes ut Flamines et Curiones creandos, et arrogationes peragendas, et teſtamenta condenda, et deteſtationes ſacrorum faciendas. Ad haec comitia tantum incolae Urbis convocabantur.

Tributa erant, quibus populus per tribus diviſus ſuffragia inibat, quae olim pauciores tandem ad numerum XXXV excreverunt.

Tri-

b) Poſtquam ſcilicet orta centuriata et tributa: nam antea ad omnia quae populo permiſſa.

Digitized by Google

Tribus erant vel urbanae vel rusticae;

urbanae quatuor, Suburbana, Esquilina, Collina, Palatina, reliquae rusticae; prioribus honoratiores [c]).

Tributis comitiis [d]) creabantur minores et provinciales magistratus, leges ferebantur, sacerdotes, augures, pontifices cooptabantur, imperium dabatur in urbe, civitas dabatur, foedera fiebant, et judicia publica exercebantur: habebantur a consulibus, praetoribus, tribunis et aedilibus plebis.

Centuriata [e]) comitia erant maxima, quando universus populus in centurias divisus suffragia inibat.

 Habe-

c) Liv. X. 9. Cic. Verr. III. 6.

d) Instituta sunt anno urbis conditae CCCXIV. et post legem Publiliam frequentata anno CCLXXXIII.

e) Instituta sunt a Servio Tullio.

Digitized by Google

Habebantur magiſtratuum majorum et regis ſacrorum creandorum, legum ferendarum, et judicii perduellionis cauſa, belli item indicendi.

Praeerant his comitiis magiſtratus majores.

Quaedam vero ſolemnitates erant omnibus comitiis communes.

I. Debebant rite indici per edictum.
II. Trinundinum debebat intercedere inter edictum, et celebrationem comitiorum f).
III. Auſpicia debebant rite capi.
IV. Dies debebat eſſe comitialis, in quem edicta eſſent.
V. Locus debebat inaugurari.

In

f) Hoc non habuit locum in comitiis curiatis de imperio dictatoris.

Digitized by Google

In centuriatis majora auſpicia adhibebantur; in tributis et curiatis non item g).

Ordo fuffragiorum ineundorum per ſortem conſtituebatur, quae prima exibat, centuria vel tribus, dicebatur praerogativa, curia autem principium.

Suffragia olim voce, poſtea tabellis lata, quibus notae quaedam inſcriptae erant. Tabellae dividebantur per diribitores: rogatores eas in ciſtas conjiciebant, cuſtodes educebant, deſcribebant et numerabant h). Poſtea qui praeerat comitiis, renuntiabat, quid plurium centuriarum ſuffragiis eſſet juſſum, cum precatione ſolemni.

Locus,

g) In tributis nulla capiebantur.
h) Cic. in Piſ. poſt red. in Sen. II.

Digitized by Google

Locus, ubi agebantur comitia, erat vel campus Martius, vel forum, ſeu comitium.

Caput III.

DE LEGIBUS ET JURE CIVILI.

Juris civilis partes erant lex, plebiſcitum, edicta, reſponſa prudentum, ſenatus conſultum, principum reſcripta.

Lex apud Romanos vocabatur, quidquid populus in comitiis juſſerat [a]).

Rogationem ferebat magiſtratus major, cui jus erat cum populo agendi. Qui ut lex valeret, haec obſervare conſueverat.

I. Lex

a) Generale juſſum populi dicitur Gell. X. 20.

Digitized by Google

I. Lex ſcribi in tabulis et proponi debebat, ut ab omnibus poſſet legi.

II. Debebat promulgari per trinundinum.

III. Solebant ad populum conciones a latore, et ab amicis haberi ad ſuadendam legem, aliquando etiam ab adverſariis contrariae ad diſſuadendam.

IV. In comitiis convocatum populum rogabat lator, an vellet juberetque legem, et porro omnia adminiſtrabantur, ut ſupra de comitiis diximus.

Legis vis erat, ut omnes cives obligaret.

Plebiſcitum erat, quod plebs, magiſtratu plebejo rogante, conſtituebat.

Senatus conſultum erat decretum ſenatus.

Edi-

Digitized by Google

Edicta erant vel perpetua, vel temporaria;

perpetua, ex quibus jus per totum annum a praetore atque aedile dicebatur;

temporaria, quae a magistratibus, re exigente extra ordinem proponebantur [b]), quibus populus monebatur, vel objurgabatur. Erant etiam urbana, vel provincialia. De urbanis egimus.

Provincialia erant, quae magistratus de jurisdictionis modo in provinciis proponebant. Hoc jus dicebatur etiam honorarium, quod edictis continebatur Praetorum et Aedilium.

Pru-

b) Consulum edicta de senatu vocando, Dictatoris de nominibus dandis Liv. II. 24. et 30.

Digitized by Google

Prudentum reſponſa, interpretationes legis XII. tabularum, diſputationes fori, et reſcripta principum magnam etiam partem juris civilis efficiebant.

Caput IV.

de judiciis.

Judicia ſunt cauſarum diſceptationes coram judice. Erant vel publica, vel privata.

Publica, in quibus de criminibus, quibus populi Romani ſecuritas vel majeſtas imminuta erat, quaerebatur, de quibus accuſandi poteſtas cuivis e populo erat permiſſa; quae et quaeſtiones dictae.

Publi-

Digitized by Google

Publica erant vel ordinaria, vel extraordinaria.

Extraordinaria olim fuere omnia: crimine enim commiſſo ad populum ferebatur, qui judicium decernebat, quaeſtores extra ordinem conſtituebat, qui de crimine cognoſcerent. Deinde inſtitutae ſunt quaeſtiones perpetuae, id eſt certa crimina certis praetoribus dijudicanda, inconſulto populo, data.

Extraordinariae quaeſtiones tantum in novo quodam et atrociori crimine uſitatae, ut in perduellione, pollutis ſacris etc.

Ordinariis praeerat praetor,

Extraordinariis quaeſtores duo,

Exercebantur autem utraeque a judicibus, ſorte electis.

Ordo judicii publici hic erat;

I. ut

Digitized by Google

I. ut reus [a]) in jus vocaretur ab accusatore;

II. ut postularet actor, id est praetorem rogaret, an liceret actionem intendere;

III. ut deferret nomen, jurejurando calumniae praestito;

IV. ut reus reciperetur, id est in tabulas inter reos referretur;

V. ut dies diceretur, qua adessent accusator et reus.

VI. ut judices sortirentur, quos si rejicerent litigantes, fiebat subsortitio;

VII. ut causa ageretur, testes audirentur, tabulae proferrentur;

VIII. ut

a) Actor sive petitor et is adversus quem agitur, seu a quo petitur, uterque olim rei dicti.

Digitized by Google

VIII. ut ſententia ferretur, qua vel reus abſolvebatur, vel mulctabatur.

Privata judicia erant diſceptationes controverſiarum de rebus privatis, quibus praeerat praetor, ſed judicabant judices privati.

Ordo judicii privati erat:

I. Tentabat rem per amicos actor componere, quod ſi non ſuccedebat,

II. in jus vocabat, id eſt adibat adverſarium, et rogabat ut ſe ſequeretur ad praetorem, et ſi nollet ſequi, vi et obtorto collo licebat in jus rapere, ſi in via publica res ageretur.

III. Poſtea praetoris edicto cautum, ut ſi quis in jus vocatus non iret, ſatis

Digitized by Google

ſatis daret, vel cautum daret fore, ut ſe in jure ſiſteret.

IV. Contra latitantem citatio per edictum fiebat, et evocabatur: ſi ad tertiam evocationem non prodiret, bona ejus poſſideri, proſcribi, ac diſtrahi jubebat praetor.

V. In jus ubi ventum eſſet, actio edebatur.

VI. Petitio inſtituebatur, id eſt rogabatur praetor ab actore, an liceret eam actionem intendere.

VII. Actionis datio ſequebatur, tunc

VIII. Vadatio, qua certa formula actor petebat a reo, ut vades daret, quibus caveret ſe certo die, qui plerumque perendinus erat, adfuturum: actor vadari reum, reus vadimonium promitte-

re,

Digitized by Google

re, dicebatur; quod ſi deſereretur, cauſa cadebat, qui non aderat.

IX. Si uterque dicto die aderat, intendebatur actio formula concepta, qua praetori exhibita, petebantur judices.

X. Praetor pro cauſarum conditione dabat judices vel arbitros, vel recuperatores, vel centumviros; aliquando vero ipſe cognoſcebat vel pro tribunali, vel in plano.

XI. Judice dato ſatisdationes fiebant, quibus cavebatur judicatum ſolvi, et rem ratam haberi.

XII. Deinde fiebat litis conteſtatio et cauſſae conjectio;

XIII. denuntiatio in diem perendinum, quae et compe-

ren-

Digitized by Google

rendinatio et condictio vocabatur.

XIV. Die tertio judex jurabat ſe ex lege judicaturum, litigantes, calumniam jurabant, quod et in litem jurare dicebant.

XV. Deinde cauſa perorabatur, teſtes audiebantur, tabulae atque inſtrumenta proferebantur etc.

XVI. Judices, ſi liquebat, ſententiam ferebant: ſin minus, ampliabant, vel ſibi non liquere jurabant.

XVII. Exſecutio ſententiae ad praetores redibat.

Exercebantur vero judicia publica in foro, vel campo Martio, vel Capitolio; priyata in foris coram tribunali, vel de plano, vel etiam in baſilicis.

CAPUT

Digitized by Google

Caput V.

DE RATIONE VITAE ET VICTUS POPULI ROMANI.

Vidimus ritus publicos civium Romanorum, nunc quaedam etiam de ratione vivendi domestica adjicienda, quae non tam legibus, quam institutis et consuetudine majorum colebatur. Ad haec quatuor autem capita redigemus,

I. de re vestiaria.
II. de conviviorum ratione,
III. de re pecuniaria,
IV. de ritibus funebribus.

I. Vestes olim tantum duae fuere, toga, quae exterior, tunica, quae interior erat [a]).

Toga

a) Gesn. ad Quint. II. 3.

Digitized by Google

Toga olim virilis et muliebris vestis fuit [b]): postea matronis usitata stola, togis vero ancillae et meretrices tantum usae [c]).

Togae species variae fuere,

I. praetexta [d]),
II. pura,
III. candida,

IV. pul-

b) Serv. ad Aen. I. 283.

c) Scholiast. ad Hor. Sat. I. 2. v. 63. Matronae quae a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant sublata stola propter ignominiam: nam prostare solebant cum pullis togis. Toga erat pacis, sagum belli. Togae sub Augusto in desuetudinem abire coepere, nec nisi ab honestioribus et eorum clientibus usurpatae. Suet. Aug. 40.

d) Sic dicebatur toga, cui limbus purpureus praetextus erat.

Digitized by Google

IV. pulla,
V. picta.

Praeter togam etiam certis temporibus usi fuere

I. trabea,
II. paludamento,
III. pallio,
IV. chlamyde,
V. lacerna,
VI. laena.

Communis tunica erat vestis interior, angustior et brevior, olim sine manicis, postea manicata et cincta. Olim sine tunica Romani, postea unam, deinde duas induti incedebant, quarum interior interula vel subucula, superior superaria dicta.

Tuni-

Digitized by Google

Tunicae aliquando clavis distinguebantur [e]), qui vel latiores, unde laticlaviae; vel angustiores, unde angusticlaviae tunicae [f]).

Vestes muliebres erant

stola, fasciae, mitrae, reticulum, vittae, flammea, instita, palla, plagulae, capitia, caliendra, etc.

Communes, toga olim, tunica, paenula, pallium etc.

Vestium mutatio fiebat vel in luctu, vel in laetis rebus.

e) Clavus erat linea purpurea instar fasciae oblonga quadrata, quae a summo per medium pectus ad imum porrigebatur.

f) Capitis integumenta erant pilei et cuculli, pedum, calcei, perones, mullei, soleae, caligae; ornamenta: bullae, armillae, inaures, fibulae etc.

Digitized by Google

IV. pulla,
V. picta.

Praeter togam etiam certis temporibus usi fuere

I. trabea,
II. paludamento,
III. pallio,
IV. chlamyde,
V. lacerna,
VI. laena.

Communis tunica erat vestis interior, angustior et brevior, olim sine manicis, postea manicata et cincta. Olim sine tunica Romani, postea unam, deinde duas induti incedebant, quarum interior interula vel subucula, superior superaria dicta.

Tuni-

Digitized by Google

Tunicae aliquando clavis distinguebantur [e]), qui vel latiores, unde laticlaviae; vel angustiores, unde angusticlaviae tunicae [f]).

Vestes muliebres erant

stola, fasciae, mitrae, reticulum, vittae, flammea, instita, palla, plagulae, capitia, caliendra, etc.

Communes, toga olim, tunica, paenula, pallium etc.

Vestium mutatio fiebat vel in luctu, vel in laetis rebus.

e) Clavus erat linea purpurea instar fasciae oblonga quadrata, quae a summo per medium pectus ad imum porrigebatur.

f) Capitis integumenta erant pilei et cuculli, pedum, calcei, perones, mullei, soleae, caligae; ornamenta: bullae, armillae, inaures, fibulae etc.

Digitized by Google

In luctu ſenatores laticlaviis depoſitis, anguſticlaviis utebantur; magiſtratus ſine praetexta; equites ſine clavo, ceteri Romani ſagati incedebant g).

In laetitia candidas veſtes ſumebant.

Haec de veſtibus: nunc pauca de ritu convivandi ſubiicienda.

II. Veteres Romani olim ſedentes, poſtea in lectis, accumbentes menſis, convivabantur. Ordinarie erant tres lecti, unde triclinii nomen accepit, ſtrati veſtibus. Ante cibum ſolebant lavare, veſtes mutare, calceos deponere.

Olim ſemel tantum uno quoque die Romani cibum capere ſolebant, hora nimirum nona, quod coenare vocabatur. Poſtea

g) Conſulares togati erant, cum in ſagis civitas eſſet. Cic. Phil. VIII. 11.

Digitized by Google

Poſtea vero creſcente luxu, addita fuere jentacula, prandia, merenda, et comiſſationes.

Cibi olim ſimpliciſſimi, et frugaliſſima coena, plerumque pulte, vel oleribus, vel carne conſtabat. Poſtea coenae praemiſſa guſtatio, tunc ipſa coena variis ferculis et miſſibus inſtructa, deinde bellaria, vel menſa ſecunda. Super coenam cantabant pueri et puellae delicatae, vel legebatur aliquid.

Menſae conſecratio fiebat ſalis appoſitione, et libatione vini.

Vinum in poculis miniſtrabatur, quae olim lignea, fictilia et vitrea, poſtea argentea, aurea, et ex gemmis fuere h).

Erant

h) Murrhina memorat Plin. XXXVII. 2.

Digitized by Google

Erant autem illa vaſa pro ratione menſurae variis nominibus inſignita; quaedam incertae menſurae, ut crateres, ſcyphi, calices, cymbia, cululli, paterae, canthari etc. quaedam certae menſurae, ut culei, amphorae, urnae, congii, ſextarii, heminae, cyathi etc.

Temperatiores aquam vino admiſcebant, quam vel frigidam, vel calidam bibebant.

Bibendi leges in ſolemnioribus conviviis a rege convivii, qui ſorte creabatur, dicebantur.

III. Antiquiſſimis urbis Romae temporibus non videtur pecunia ſignata in uſu fuiſſe, ſed vel permutatione mercium, vel metallorum certo pondere appenſo commercia exercita: deinde ſignari coe-

Digitized by Google

coeperunt nummi ex aere, argento et auro. Ratio computandi pecuniam Romanam fere omnis erat ad pondus, et ejus partes exacta, unde plurima vocabula, non tam nummum ſignatum, quam ejus pondus et aeſtimationem continebant. Praecipue ſupputatio fiebat per aſſes, ſeſtertios, denarios, minas, ſeſtertia, et talenta [i]).

As duodecim unciis conſtabat,
ſeſtertius duobus aſſibus et dimidio,
denarius decem aſſibus, qui et drachma dictus,
mina centum drachmis,
ſeſtertium mille ſeſtertiis nummis,
talentum ſexaginta minis.

IV. Re-

i) Denarius valebat XIII½ cruciatos, ſive III¾ groſſos, obolus VII½ feninos, mina XV. thaleros, talentum DCCCC thaleros monetae Germanicae.

Digitized by Google

IV. Reſtat, ut de ritibus funebribus praecipua quaeque ſubtexamus.

Mortuo clauſis oculis, et conclamatione edita, cadaver ablutum, in lectulo collocabatur, poſtea efferebatur ad ſepulcrum vel rogum, praecone populum convocante. Praeibant praeficae, tibicines vel tubicines, inſignia vel gentis, vel honorum in ferculis praelata: ſequebantur agnati et amici, lugubri veſte, ad rogum; quo ubi ventum, ei imponebatur cadaver: ex cognatis quidam averſus facem ei ſubjiciebat, conſumti oſſa et cineres legebantur, et in urnam condebantur, quae, populo dimiſſo, in ſepulcro reponebatur. Aliquando in illuſtrium virorum funebribus accedebat laudatio funebris, decurſio, epulum et ludi funebres.

Digitized by Google

PARS III.

Digitized by Google

Digitized by Google

Caput I.

De re militari.

Omnis res militaris Romanorum [a]) per has partes quinque poteſt rite explicari:

I. qui fuerint milites, et quotuplices;
II. qui praefuerint;
III. quae dispoſitio agminis, caſtrorum, et aciei;
IV. quae militum arma, et machinae;
V. quae praemia et poenae;

I. Mi-

a) A Mario primum, deinde a Caeſare tota fere militiae ratio eſt immutata.

Digitized by Google

I. Milites esse poterant ciues tantum Romani, qui in pedites et equites describebantur.

Delectus militaris fiebat a consule, quem nemo detrectare poterat, nisi ob has causas vacationem haberet:

I. ob aetatem,
II. ob honorem, vel sacerdotium,
III. propter immunitatis beneficium,
IV. ob emerita stipendia,
V. ob morbum vel vitium.

Post delectum sacramento adacti, in numeros dividebantur, et exercitus constituebatur, cujus partes erant legio, cohortes, et manipuli, quae pedites complectebantur: equitum divisio erat in turmas et decurias. Extra legiones, et turmas socii ordinabantur.

Ge-

Digitized by Google

Genera peditum erant quatuor:

velites,
haſtati,
principes,
triarii,
equitum duo; merebant enim equo publico, vel privato.

Milites debebant juſta ſtipendia facere, pedes vicena, eques dena, quibus confectis veterani erant, nec, niſi cogente neceſſitate evocati, militare cogebantur.

Militare deſinebant per miſſionem [b]), quae erat triplex:

I. honeſta, quae completis ſtipendiis concedebatur;

II. cauſaria, quae ob vitium, vel morbum ſuperveniente dabatur;

III. igno-

b) Lipſ. ad Tac. XVII. 19.

Digitized by Google

III. ignominiosa, quae ob delicta irrogabatur.

Inde ab Augusto accessit etiam exauctoratio.

Caput II.

DE DUCIBUS MILITUM.

Summus militum dux erat, vel consul, vel praetor, vel alius magistratus, qui tunc imperator et dux dicebatur, et auspicia et ductum habebat.

Secundum locum tenebant legati, quos consules vel senatus legebant, ad vicariam operam subeundam.

Tertius ordo erat tribunorum militum, qui legionibus praeerant; olim duplices, rufuli, et comitiati, postea

Digitized by Google

postea etiam laticlavii et angusticlavii [a]).

Quarto loco erant centuriones, in unoquoque manipulo duo, sexaginta in legione: primus omnium erat primipilus. Centuriones sibi assumebant optiones, qui et succenturiones dicti, in unoquoque etiam manipulo duo signiferi.

Equitum praefecti erant,

I. turmae praefectus,

II. decuriones tres in singulis turmis.

Sociis praeerant praefecti sociorum.

CAPUT

a) Liv. IX. 30. VII. 5. XLII. 31. XLIII. 12 XLIV. 21.

Digitized by Google

Caput III.

DE AGMIME, CASTRIS ET ACIE.

Agmen erat exercitus proficiſcens. Iter indicebatur per teſſeram, inſtituebatur ad claſſicum, quod ter canebatur I. ad vaſa colligenda, II. ad impedimenta jumentis vel curribus imponenda; III. ad iter ingrediendum.

Agminis forma non ſemper erat una, ſed pro locorum conditione variabatur, plerumque quadratum erat, vel pilatum.

Si in agmine ducendo metus erat hoſtium, fiebat evolutio, et pro natura loci acie directa pugnabatur.

Itinere

Digitized by Google

Itinere inſtituto praemittebantur metatores, qui locum aptum caſtris ponendis caperent et deſcriberent. Cum appropinquaret agmen, unusquisque ad locum ſibi attributum muniendum accurrebat, et brevi tempore caſtra erant omnibus partibus perfecta.

Caſtra autem erant, vel, quae unius tantum, vel paucarum noctium cauſa exſtruebantur, quae et manſiones vocabantur; vel quae diuturnioris morae gratia fiebant, quae ſtativa, vel ſtativae ſedes dicebantur. Praeter haec erant et hiberna, quae in locis hoſtilibus, praeſidii cauſa muniebantur, et ſaepe in oppidi ſpeciem ſtruebantur, immo quae multis urbibus originem dederunt.

Digitized by Google

Castris tantum recipiebantur milites: calones [a]), lixae etc. extra vallum in procestriis manebant.

Castrorum forma semper erat eadem, quadrata, pro copia militum ampliora vel contractiora. Portae erant quatuor, in singulis lateribus singulae [b]).

I. praetoria sive extraordinaria,
II. principalis dextra [c]),
III. principalis sinistra,
IV. decumana [d]), opposita praetoriae sive quaestoria.

Ca-

a) Calones erant militum servi qui ligna portabant, lixae idem: at Nonio dicuntur qui aquam vehebant: lixa, aqua.

b) L. XL. 27.

c) Liv. XXXIV. 46.

d) Liv. X. 32. et XXXIV. 47.

Digitized by Google

Castra cingebantur vallo sive aggere, qui trium quatuorve pedum altitudine, nisi aliter metus hostium propinquorum suaderet, sudibus muniebatur, distabat vero ducentos pedes a tentoriis.

Vallo praeducebatur fossa, plerumque octo pedes lata, et totidem alta.

Castrorum partes interiores erant

I. praetorium, quod in loco edito altius reliquis tentoriis erigebatur: praetorii area ampla erat, et quadrata, quae ministros, comites et contubernales imperatoris caperet;

II. quaestorium, ubi quaestor tendebat, ad dextram praetorii;

Digitized by Google

III. legatorum tentoria ad ſiniſtram;

IV. tribuni militum poſt praetorium, ubi et praefecti ſociorum et alii duces tendebant;

V. militum tentoria, hoc ordine ut equites in medio, tunc triarii, deinde principes, et haſtati, quorum latera, equites et pedites ſociorum claudebant.

Principia erant ſpatium vacuum inter tribunos et milites centum pedum, ubi jus dicebatur, ſupplicia capiebantur, ſigna et aquilae erant.

Milites omnes erant ſub tentoriis, quae ex pellibus [e]), vel corio factae funibus tendebantur, vel ſub tabernaculis.

Ten-

e) Sub pellibus hiemare dicit Flor. I. 12.

Digitized by Google

Tentorium unumquodque decem milites, cum decano [f]), capiebat, quod dicebatur contubernium [g]).

Munia, quae praeſtabant ad cuſtodiam caſtrorum, vel ſtationes [h]), vel excubiae, vel vigiliae dicebantur, quae voces ſaepe promiſcue ſumtae, niſi quod vigiliae proprie nocturnae ſint, ſtationes proprie ante portas et praetoria, excubiae de omnibus dicantur.

Vigiliarum ratio teſſeris conſtabat, quae hoc modo dabantur. Tribuni militum, ſole inclinante, numerum militum

f) Sic dicebatur tempore Vegetii.

g) Caeſ. B. C. III. 76.

h) Liv. X. 32. ad ſtationem Romanam in porta ſegniter agentem vigilias proveniunt.

Digitized by Google

tum imperatori referebant: imperator ordinato numero vigilum, tesserae inscribebat signum, quod tribuni tesserarii, qui ex decimo quoque signo capiebantur, dabant, qui illud proximi signi duci, ille deinceps sequenti tradebat, donec iterum ad tribunum redirct, ut ille videret, num quae fraus esset commissa. Hoc peracto ad coenandum dimissus miles buccina ad vigilias excitabatur, quae in quatuor partes noctem dividebant. Praeter vigilias, quas pedites praestabant, erat circuitio, quae equitibus commissa olim [i]); postea proprie dicti circuitores huic muneri destinati.

Haec

i) Liv. XXII. 1. in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse.

Digitized by Google

Haec de castris; ex quibus milites saepe educebantur ad proelium cum hoste conserendum [k]).

Aciei ordo usitatus erat olim, ut primi hastati, tunc principes, denique triarii in manipulos divisi pugnam inirent: primi si pellerentur, in intervalla ad sequentem ordinem se recipiebant.

Levis armaturae milites, ut antiquissimo tempore rorarii et accensi, postea velites, non certo loco stabant, sed aliquando ante signa, aliquando mixti manipulis, aliquando in cornibus, semper tamen primi pugnam ciebant.

Signa erant ante unumquemque manipulum in agmine; in acie in medio. Aquila erat ante triarios [l]).

Iulii

k) Plut. in Flaminio forma ordinaria.

l) Lipf. ad Tac. A. II.

Digitized by Google

Julii Caesaris aetate aliter instruebatur acies: sublata enim manipulorum ordinatione, legionem per cohortes instruxit. In prima acie pugnabant primae cujusque legionis cohortes, in quibus militabant primae dignitatis milites et voluntarii, qui pilis armati erant. Posterior acies erat hastatorum.

Haec de acie. Cornua olim socii obtinebant: postea cornua inter acies numerabantur, et dextrum cornu erat prima acies, media tunc secunda acies, sinistrum cornu tertia acies.

Non autem semper eodem modo acies instruebatur: aliquando enim duobus tantum cornibus [m]), sublata media acie. Quadrata vel simplex acies erat,

m) Liv. VIII. 9. Manlius dextro, Decius laevo cornu praeerat.

Digitized by Google

erat, cum recta fronte et ſimplici tota acies ſe in hoſtem moveret, et ad rectam lineam omnes ſimul pugnarent.

Duplex acies vel triplex dicebatur, quando vel in duo cornua, vel in tres acies diviſo exercitu, pugna modo a dextro, modo a ſiniſtro cornu, modo a media acie incipiebat, quo caſu vel obliqua erat, vel ſinuata, vel gibbera acies.

Praeter has formas aciei, aliquando pars exercitus, pro conditione locorum vel hoſtium, mutabat ordines, et in cuneum, vel forcipem, vel globum ſeu orbem, vel turrim, vel laterculum, vel ſerram [n]) coibat.

In-

n) Serra proeliari, eſt identidem accedere ac recedere, nec uno loco conſiſtere. Feſtus quem Scal. et Geſn. reprehendunt.

Digitized by Google

Instructa acie alloqui solebat milites Imperator, deinde signum pugnae dabatur o), quod classicum dicebatur, ad quod milites, clamore sublato, arma quatiebant, et pugnae se accingebant.

Caput IV.

DE ARMIS MILITARIBUS ET POLIORCETICIS.

Arma militum sunt triplicia, vel ad corpus a vulneribus tegendum, vel ad petendum, seu ad vulnera hostibus infligenda tela, vel ad oppugnationes et defensiones urbium comparata.

I. Ar-

o) Vexillum proponere, signum pugnae dare tunica coccinea, super praetorium extensa. Lipf. ad Tac. 26. sq. A. l. 39. conf. Caes. B. G. II. 20.

Digitized by Google

I. Arma, quibus corpus tegebatur, erant

I. galea, quae vel ex pelle, vel ex aere, caput tegebat, et plerumque crista erat insignis;

II. scutum oblongum et clypeus rotundus, vel ex ligno, vel ex alia denique materia fiebant [a]).

III. lorica, quae pectus tantum tegebat, ex catenulis [b]), vel corio, vel linteo,

IV. parma ex corio, vel ligno corio inducto,

V. ocre-

a) Scutum etiam erat pelliceum. Equites olim e solo corio scuta habebant. Clypeus erat plerumque aereus, umbo ferreus et protuberans: superinducebantur etiam corio vel lino, cum picturis.

b) E catenulis erat hamata, ex laminis squamata, plerique pro lorica habebant pectorale seu laminam aeneam XII digitos latam. Polyb. VI. 21.

Digitized by Google

Instructa acie alloqui solebat milites Imperator, deinde signum pugnae dabatur o), quod classicum dicebatur, ad quod milites, clamore sublato, arma quatiebant, et pugnae se accingebant.

Caput IV.

DE ARMIS MILITARIBUS ET POLIORCETICIS.

Arma militum sunt triplicia, vel ad corpus a vulneribus tegendum, vel ad petendum, seu ad vulnera hostibus infligenda tela, vel ad oppugnationes et defensiones urbium comparata.

I. Ar-

o) Vexillum proponere, signum pugnae dare tunica coccinea, super praetorium extensa. Lipsi. ad Tac. 26. sq. A. l. 39. conf. Caes. B. G. II. 20.

Digitized by Google

I. Arma, quibus corpus tegebatur, erant

I. galea, quae vel ex pelle, vel ex aere, caput tegebat, et plerumque crista erat insignis;

II. scutum oblongum et clypeus rotundus, vel ex ligno, vel ex alia denique materia fiebant [a]).

III. lorica, quae pectus tantum tegebat, ex catenulis [b]), vel corio, vel linteo,

IV. parma ex corio, vel ligno corio inducto,

V. ocre-

a) Scutum etiam erat pelliceum. Equites olim e solo corio scuta habebant. Clypeus erat plerumque aereus, umbo ferreus et protuberans: superinducebantur etiam corio vel lino, cum picturis.

b) E catenulis erat hamata, ex laminis squamata; plerique pro lorica habebant pectorale seu laminam aeneam XII digitos latam. Polyb. VI. 21.

Digitized by Google

V. ocreae, quibus equites ad crus [c]) tegendum utebantur.

II. Arma, quibus ad laedendum utebantur, erant

I. gladius,

II. hasta,

III. lancea,

IV. pilum [d]),

V. contus, qui hasta longior,

VI. tela et sagittae,

VII. arcus,

VIII. jacula,

IX. fundae.

III. Arma, quibus oppugnabantur, vel etiam obsessae defendebantur urbes, dicuntur generali nomine machinae, qua-

c) Samnites pedes ocrea sinistrum crus tecti; apud Liv. IX, 40. Ocreis etiam utebantur prima et secunda classis peditum, Liv. I, 43.

d) Proprium erat legionarii militis, quo late patens vulnus infligebatur: amento seu loro annexo contortum jaciebatur ac retrahebatur.

Digitized by Google

quarum quae ad oppugnationem adhibebantur praecipuae dicebantur:

I. teſtudines [e]),
II. corona [f]),
III. ſcalae [g]),
IV. crates [h]),
V. vineae [i]),
VI. plutei [k]),
VII. circumvallationes, quae aggere, brachiis, lorica, cervis, turribus inſtructae,
VIII. tormenta, ut arietes [l]), catapultae, baliſtae,
IX. cuniculi.

Ad

e) Liv. XXXIV. 39. XLIV. 9.
f) Liv. VII. 27. §. 7.
g) Liv. XXVI. 45.
h) Liv. I. 51. IV. 50.
i) Liv. plur loc.
k) Liv. XXI. 61. §. 34. 17.
l) Procop. B. G. I.

Digitized by Google

V. ocreae, quibus equites ad crus [c]) tegendum utebantur.

II. Arma, quibus ad laedendum utebantur, erant

I. gladius,

II. hasta,

III. lancea,

IV. pilum [d]),

V. contus, qui hasta longior,

VI. tela et sagittae,

VII. arcus,

VIII. jacula,

IX. fundae.

III. Arma, quibus oppugnabantur, vel etiam obsessae defendebantur urbes, dicuntur generali nomine machinae, qua-

c) Samnites pedes ocrea sinistrum crus tecti; apud Liv. IX, 40. Ocreis etiam utebantur prima et secunda classis peditum, Liv. I, 43.

d) Proprium erat legionarii militis, quo late patens vulnus infligebatur: amento seu loro annexo contortum jaciebatur ac retrahebatur.

Digitized by Google

quarum quae ad oppugnationem adhibebantur praecipuae dicebantur:

I. teſtudines [e]),
II. corona [f]),
III. ſcalae [g]),
IV. crates [h]),
V. vineae [i]),
VI. plutei [k]),
VII. circumvallationes, quae aggere, brachiis, lorica, cervis, turribus inſtructae,
VIII. tormenta, ut arietes [l]), catapultae, baliſtae,
IX. cuniculi.

Ad

e) Liv. XXXIV. 39. XLIV. 9.
f) Liv. VII. 27. §. 7.
g) Liv. XXVI. 45.
h) Liv. I. 51. IV. 50.
i) Liv. plur loc.
k) Liv. XXI. 61. §. 34. 17.
l) Procop. B. G. I.

Digitized by Google

Ad defensionem utebantur

I. saxis, oleo, pice, sulphure, bitumine, plumbo et similibus, quae in ascendentes devolvebant.

II. Contra aggeres, turres etc. contraria opera erecta, cuniculi ducti, ignes et faces in opera jactae, trabes intortae [m]).

III. Contra tormenta coria, cilicia, vela opponebant [n]).

m) Contra ignem adhibebantur acetum et exuviae taurinae humectae.

n) Etiam adhibebant pelles et centones e capillis pilis, saccos item palea plenos, et harpagones ac laqueos, rotas marmoreas in orbem volvendas et gyrandas. Proc. B. G. I.

CAPUT.

Digitized by Google

Caput V.

De praemiis et poenis militaribus.

Praemia ſunt vel ducum vel militum. Imperator, ſi bene rem geſſiſſet, bello finito conſequebatur vel triumphum, vel ovationem, vel lauream.

Reliquorum ducum vel communia erant cum militibus praemia, niſi quod duplicata, vel triplicata etc. conſequebantur; vel erant promotiones.

Praemia militum erant vel ordinaria, vel extraordinaria.

Ordinaria erant ſtipendia, et commoda emeritae militiae.

Sti-

Digitized by Google

Stipendium olim nullum erat, ſed bello Vejenti primum datum; quod erat aes annuum mille aeris, ſive diurnum binorum aſſium et dodrantis, quod deinde tempore Polybii duplicatum, et dati quini aſſes, et denique a Caeſare ad denos aſſes auctum. At ſub Imperatoribus poſtea admodum variatum. Pedites vero ſimplex, centuriones duplex, equites triplex capiebant. Praeter aes militibus dabatur aliquando frumentum, veſtes et ſimilia.

Commoda emeritae militiae erant plerumque agri, qui veteranis adſignabantur.

Extraordinaria praemia erant:

I. praeda, quae aliquando militibus dividebatur [a]),

II. co-

a) Liv. XLI. 15. XLV. 34.

Digitized by Google

II. coronae, ut civicae, obsidionales, murales, castrenses, navales, aureae etc. [b])

III. hastae purae, phalerae, vexilla.

Poenae pro delictorum ratione erant minores vel majores.

Minores erant:

I. flagellatio, quae vite fiebat;

II. hordeum pro tritico datum;

III. stipendii imminutio [c]) vel privatio [d]);

IV. extra vallum tendere [e]),

V. discinctio [f]),

VI. mu-

b) Liv. VI. 20. VII. 37. X. 46. XXIII. 18. Plin. XVI. 4. XXII. 3. Plut. Coriol.

c) Liv. XL. 41.

d) Liv. XXVII. 11. Stipendio privatus dicebatur aere dirutus.

e) Liv. X. 4.

f) Liv. XXVII. 13.

Digitized by Google

VI. mutatio ordinis in militia g),

VII. missio ignominiosa, de qua supra h).

Graviores poenae erant

I. capitis multatio, quum fustuario i) enecti, vel lapidibus obruti k), vel securi seu gladio percussi l) perirent;

II. decimatio, vel vicesimatio etc. m)

g) Val. M. II. 7.

h) Suet. Aug. 24.

i) Liv. V. 6. Spart. Pesc. 10. Pol. VI. 36.

k) Liv. IV. 50. Postumius tribunus militum consulari potestate milites sub crate necari jubet: ipse deinde ab exercitu suo lapidibus cooperitur. Idem I. 51. Turnus Herdonius novo genere lethi, dejectus ad caput aquae Ferentinae, crate superinjecta, saxisque congestis, mergeretur.

l) Liv. V. 6. Spart. Pesc. 10.

m) Liv. II. 59. Pol. VI. 36.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google